Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

concepit fides uirginis. et dm̄ hominē peperit fecunditas uirgi
nalis. Si nescis uerā huius pueri dignitatē. adtende stellā incelo
fulgentē magos precedentē. et iter ignorantib̄ ostendentē.
Hec stella numquā ante apparuit. quia nunc eā puer iste cre
auit. et magis adse uenientibus preuiā deputauit. Iste puer
inpresepe quidē paruulus collocatur. sed magnus incelo mi
rabiliter operatur. Per mititur se manibus interra portari.
sed p̄cepit sibi celestia famulari. Quid ē ergo qd infantile at
tendis etatē. et eius diuinā non intelligis potestatē. Sic fuit
ueraciter intimanda pueri huius naturalis diuinitas. utraq;
naturaliter uera. utraq; unitas. nec inse inuicē confusa.
nec ase inuicē separata. Ipsū enī habuit maria filiū de se na
tū. cui stella debitē seruitutis exhibuit famulatū. Ipsum
eundeq; maria inbethleē dnm̄ hominē peperit. quē stella
magis inoriente positis nuntiauit. Magi ergo uenerunt. et
filiū uirginis unū eundeq; dnm̄ hominē cognouerunt. Denq;
attende quid obtulerunt et cognoscis qd crediderunt. Refert
enī euangelista. Quia intrantes domū inuenerunt puerū cū
matre eius maria. et procidentes adorauerunt eū. et aptis
thesauris suis obtulerunt ei munera. aurū. thus. et mirrā.
Per ista trīa munerū genera inuno eodeq; xp̄o et diuina ma
iestas. et regia potestas. et humana mortalitas intimatur.
Thus enī adsacrificiū. aurū ptinet adtributū. myrra adse
pulturā ptinet mortuorū. Omnia hec sca fides xp̄o ueraci
ter offerre nondesinit. dū unū eundeq; uerū dm̄. uerū
regē. uerumq; hominē credit. ut uere pnobis mortuū
ueraciter recognoscat. Inoblatione thuris confunditur